

A FERENCZ JÓZSEF  
TUDOMÁNYEGYETEM  
BŐRKLINIKÁJÁNAK  
POÓR IMRE  
KÖNYVTÁRA  
SZEGED

A-60  
IV. C.



Bibliotheca Hung: Jank: C. ord: 8.

B. Lat: S. Philos. Psych.

SZEBENYI TUDOMÁNYOS KÖNYVTÁR MÚZEUM	VII/a	384
IV/c		





POSITIONES  
EX  
VNIVERSIS  
CVRSVS PHILOSOPHICI  
INSTITVTIONIBVS

QVAS  
ILLVSTRISSIMO DOMINO  
DOMINO

PETRO VEGH

INSIGNIS ORDINIS S. STEPHANI REGIS  
APOSTOLICI EQVITI, S. C. ET R. A. M. PERSO-  
NALIS PRAESENTIAE REGIAE IN IVDICIIS LOCVM-  
TENENTI ET CONSILIARIO.

IGNATIVS ROSOS  
PHILOSOPHIAE IN II. ANNVVM  
AVDITOR

IN  
OBSERVANTIAE AC PIETATIS  
MONVMENTVM

APVD  
SCHOLAS PIAS

PESTINI

ANNO MDCCLXXXI.

D. D. D.



NASODLAT  
A M. N. MUZEUMI  
SZÉCH. ORSZ.  
KÖNYVTÁRBÓL

ILLVSTRIS SIME

DOMINE

*PERSONALIS*

PRAESENTIAE REGIAE

LOCVM TENENS,


DOMINE GRATIOSISSIME!

**E**A fuit apud Romanos, florente Republica, laudabilis consuetudo; vt summi quique Viri Adolescentum, qui ex ephebis excessissent, studiis praessent cum voluptate. Vt enim nihil adferam de Campo Martio, in quo exercendae ad artes bellicas Iuuentuti e penitior Magistralu semper aliquis nutu, auctoritateque iura dabat; priuatim sane quo quis esset ingenio, scientia, rerum gerendarum vsu, aetateque prouectior, eo lubentius, familiariusue iis utebatur, qui in

spem Patriae adolefcerent. Catonem, vnum  
e multis, in medium adducere lubet, illum  
inquam Catonem, cui non tam ob superio-  
rem aetatem, quam ob res bene, prae-  
clareque gestas Maioris agnomen adhaesit.  
Hic quamuis praecipuos propemodum o-  
mnes Magistratus fide summa gefiffet, a-  
micitiaque summorum quorumuis vfus fui-  
fet familiariffime; tamen negabat fibi quid-  
quam in vita vfueueniffe iucundius, quam  
cum Scipioni, ac Laelio, adolefcentibus

fanc





fane optimis, de re litteraria colloqui, eos ad sapientiam, omnemque vitae vsum exemplo magis, quam oratione instituire licuisset. Quemadmodum rem hanc in aureo illo libello legere est, quem Tullius conscripsit de *Senectute*.

Nempe probe intelligebant Viri sapientissimi, nullum maius Reipublicæ munus a se praestari posse, quam si pronos Iuuenum ad optima studia animos praesenti auctoritate

tate

tate sua incitarent, haustam longo usu rerum gerendarum prudentiam eis instillarent, efformarent ciues optimos ad sustinendum, augendumque Maiorum decus pro dignitate,

Felicem me ! vt qui vix emenso studii philosophici curriculo in eiusmodi Virum inciderim, qui sicut antiquitate generis, ingenio, sapientia, honoris, dignitatisque gradu ; ita optimis Ciuibus Patriam ornandi studio veteribus illis Romanis est quam similis

linus. Quid enim mihi ad felicitatem vitae, quae quidem hic in terris haberi possit, est conducibilis, quam illi ~~Viro~~ innotescere penitus, qui Auctoritate sua et possit, quod tacitus omnium, qui hic adsunt, annutus comprobat, et velit, quod illius in me, genusque meum summae benignitati coniuncta humanitas est, in seuerioribus his disciplinis qualescunque conatus meos aestimare, et ad Patriae non postremum prouehere ornamentum?

At-

Atque dum in huius felicitatis praegustu  
iam nunc totus gaudio, veraque voluptate  
colliquefco, Vna opera TIBI ILLVSTRIS-  
SIME DOMINE PERSONALIS! hoc per-  
petuae obseruantiae ac pietatis, statuo mo-  
numentum,

ILLVSTRITATIS TVAE

DEVOTISSIMVS CLIENS  
IGNATIVS ROSOS.

# INSTITUTIONES

ANNI PRIMI.

---

EX

## ARTE COGITANDI.

**E**re Artis cogitandi <sup>1.</sup> est, vt singulas mentis operationes facili, et constanti via excolat.

<sup>2.</sup> Regulasque statuatur, quibus cognitio, ac stabilitas veritati securum demus adsensum.

<sup>3.</sup> Constituit regulas has partim Perspicuitas, partim Communis Naturae sensus, partim Testimonium sensuum externorum, partim Authoritas humana. Et quidem

<sup>4.</sup> Perspicuitas suis instructa characteribus mentem ab omni erroris periculo absoluit.

<sup>5.</sup> Communis naturae sensus et existit, et certum multarum veritatum praesidium est.

<sup>6.</sup> Testimonium sensuum externorum, si rite appliciti illi ad obiecta fuerunt, infallibiliter certos nos reddit de existentia corporum, de proprietatibus, et relationibus eorundem.

<sup>7.</sup> Immo et Authoritas humana tanti saepe ponderis est, vt absque insaniae nota in dubium vocari non possit.

8.

Singula horum id praestant in erudito vitae usu, ut nihil sciri ab hominibus posse, persuadere nobis nequeamus.

*Historiam Philosophiae, quantum compendio temporis licuit, in ternas Periodos dispescimus, atque pro recepto ordinararum Institutionum usu pertractavimus.*

EX

## ALGEBRA.

I.

**Q**UANTITATVM monomiarum quamcunque, polynomiarum vero secundam, et tertiam potentiam componere, ac solvere.

2.

Complere quadratum incompletum.

3.

Quod ad varias potentiarum expressiones attinet,

$$a^0 = 1, a^{\frac{m}{n}} = \sqrt[n]{a^m}, ba^{-m} = \frac{b}{a^m}, a^{-m} = \frac{1}{a^m},$$

$$ba^{\frac{m}{n}} = \sqrt[n]{ba^m}, a^{-m} = \frac{1}{a^m}$$

4.

Aequationum simplicium, affectarum item secundi gradus analysim perficere.

5.

Condere formulas soluendis problematibus progressionis tum arithmeticae, tum etiam geometricae idoneas:

$$w = a + dn - d$$

$$a = w - dn + d$$

$$d = \frac{w-a}{n-1}$$

$$n = \frac{w-a}{d} + 1.$$

Item:  $w = a - dn + d$

$$a = w + dn - d$$

$$d = \frac{a-w}{n-1}$$

$$n = \frac{a-w}{d} + 1.$$

Item:  $s = \frac{an + wn}{2}$

$$a = \frac{2s}{n} - w$$

$$w = \frac{2s}{n} - a$$

$$n = \frac{2s}{a+w}$$

Item:  $a = s - sm + wm$

$$w = \frac{a-s}{m} + s$$

$$s = \frac{wm-a}{m-1}$$

$$m = \frac{s-a}{s-w}.$$

6.

Fractionum decimalium, Logarithmorum item theoriam, et applicationem exhibere.

7.

Formula:  $s^m = \frac{\infty^m \times \infty}{m+1}$ , summam quarumvis potentiarum numerum naturalium seriem infinitam constituentium rite exhibet.

## G E O M E T R I A.

**T**HEORIAM parallelarum exhibere.

I.

„ Solis propemodum parallelarum affectionibus  
 „ nititur methodus, qua ERATOSTHENES telluris  
 „ ambitum olim mensus est. Vid. BOSCOVICH.  
 „ Tom. I. elem. Geom. p. 7. et 8. „

2.

Trisectionem anguli tentare.

„ Frustra id a Geometris per circinum, et re-  
 „ gulam quaeritur; cum constet e sublimiori Ma-  
 „ thesi problema isthoc non esse planum, sed  
 „ solidum; ad quod nempe sequens aequatio per-  
 „ tineat:  $x^3 - 3x + q = 0$ . — FRANCISCVS  
 „ VIETA solutionem huius problematis per  
 „ circinum, et regulam dedit, elegantem illam  
 „ quidem, et expeditam, sed Mechanicam dun-  
 „ taxat. Vid. PAVLINI CHELVCCI Analys.  
 „ p. 339. — BOSCOVICH. Tom. I. elem.  
 „ Geom. p. 15. „

3.

Triangulorum planorum perficere Analyfim.

4.

Quadratum hypotenusae aequatur quadratis  
 cathetorum simul sumtis.

„ Hoc Theorema ab Inuentore PYTHAGORA  
 „ PYTHAGORICVM dictum, amplissimi per  
 „ vniuersam Mathesim vsus est: quamobrem ab  
 „ illius auditoribus Hecatombe, hoc est, cen-  
 „ tum boum Sacrificio redemptum fertur. Vid.  
 „ WOLFF. fus. Tom. I. p. 170. „

5.

Geodesiae theoriam explanare.



## 6.

Sphaera, et cylinder Sphaerae circumscriptus sunt in ratione sesquialtera tam quoad superficiem, quam etiam quoad soliditatem.

„ Suum hoc ARCHIMEDES inuentum tanti fecit,  
 „ vt Sphaeram cylindro inscriptam summo sepul-  
 „ cro suo incidi curauerit. Qua ex re multis  
 „ post annis sepulcrum Archimedaeum Syracensis  
 „ ad portas Agragianas Quaestor CICERO sum-  
 „ ma cum voluptate agnouit. -- TACQVET in-  
 „ uentum hoc ad Conum aequilaterum; ZANOT-  
 „ TI autem ad quaeuis solida sphaerae circum-  
 „ scripta transtulit. Vid. CIC. L. V. Tusc. Quaest.  
 „ TACQVET. item Acta Bonon. „

## 7.

Cubum duplicare.

„ Apollo a Graecis consultus de belli fine, af-  
 „ firmavit, *tum fore belli finem, et calamitatum*  
 „ *Graeciae, si aram in Delo, quae fuit figurae*  
 „ *cubicae, duplicarent.* Plato vniuersae Graeciae  
 „ iudicio constitutus huius problematis interpres,  
 „ respondit, *Graecos ab Apolline redargui, quod*  
 „ *Geometriam ignorent.* -- Est enim in solidis sum-  
 „ mum problema de duplicando cubo, vt in pla-  
 „ nis de quadrando circulo. PLVTARCH. apud  
 „ Delph. et Godef. GEIDFELDIUM p. 676. „

## E X

## GEOMETRIA PRACTICA.

## I.

**D**E vniuerso ad Geometriam practicam appa-  
 ratu critice differere.

2.  
Inuenire noui puncti stationem.
  3.  
Angulos reducere ad centrum.
  4.  
Cuiusuis trianguli perpendiculum calculo eruere.
  5.  
Circuli impermeabilis diametrum inuenire.
  6.  
Libellationem simplicem, et compositam per-  
ficere.
- 

EX

## HISTORIA CRITICA REGNI HVNGARIAE.

I.  
**C**ARTVITIUS Diui Stephani Historiam con-  
scripsit, ex quo Cupam Simeghientem S. Regi infi-  
dias struxisse discimus. — Neque tamen cognatione  
iunctum probare.

2.  
Petrus Heurici III. opera folio redditus, Re-  
gnum Imperio subditum esse volebat. — Qua ob-  
latione nullum Hungariae vinculum impositum  
fuisse, probauit

3.  
Andreae successio. — Hujus leges in Corpore  
Iuris contentae pro interpolatis habendae sunt.

4.  
Croatiam D. Ladislaus Regno iunxit, cuius obi-  
tum ad Annum 1095. referimus.

5.

5.

De Dalmatia Colomanus, de Bosnia Bela II. triumphauit.

6.

Geiza II. ceteris Regum titulis Ramam adiecit.

7.

Regnante Emerico Iadram Veneti occuparunt.  
Cui

8.

Andream occasione Expeditionis sacrae renun-  
ciaffe, sine fundamento contendunt.

9.

Sub Bela IV. calamitatem a Tartaris illatam  
Hungaria luxit, qui recedente foeda hominum  
colluue alter Reipublicae Hungariae stator dicen-  
dus est.

10.

Carolus Electione, et Haereditario Iure Re-  
gnum adeptus,

11.

Ludouico Regnum Hungariae, et Poloniae, re-  
liquit, plurium palmarum acquiritori. — Erat  
Ludouicus tantis in Hungariam meritis; — vt

12.

Mariam I. Procefes Regum Iure donatam vo-  
luerint, — Carolum Dyrrachium intiaforem Regni  
cenfuerint.

13.

Sigismundus Maria in carcere lugente coro-  
natus. — Variis actus fortunis, — plurimis orna-  
mentis Regnum excoluit.

14.

Mathias Coronam adeptus, virtutis paternae  
praemium. — Ea dum noua disciplina militari

pro-

proposita arma vltra Regni<sup>l</sup> limites feliciter trans-  
tulit, — ac Litterariam rem auxit; se dignum  
fecit.

15.

Vladislaus II. cum Maximiliano mutuas succes-  
siones in Hungaria, et Austria constituerunt —  
cui probabile est Emericum de Perény, Regni  
Palatinum, suum addidisse consensum.

16.

Ludouico II. Regnante luxus, ac cum Reli-  
gionae, animorum scissio, Hostis potentiam ere-  
xit. — Regnum iugo Turcico

17.

Ioannis de Zápolya ambitione viam vltro ster-  
nente subiecit. — His malis

18.

Ferdinandus I. pacto Vladislai II. Rex,  
frustra obuiam ire nitabatur, coactus veteris Re-  
gni Hungariae

19.

Maximiliano fere busta relinquere. Talem hic  
cum nactus esset Hungariam (quod vnum tempo-  
rum iniquitate licuit) Transylvaniam ad fidem  
reuocauit.

20.

Leopoldi M. ac successorum triumphis, Hun-  
garia diuturna seruitute libera, summum splen-  
dorem adeptam est.

E X  
HISTORIA ECCLESIASTICA.  
E T  
RELIGIONIS.

I.

**C**aroli M. industria apud Auares (genus Hun-  
nicum) vix lumen fidei illuxerat; — Cum rursus

2.  
Tertiis Hungarorum Coloniae extinctum,

3.  
Geiza Duce laetioribus, quam unquam ante,  
Auspiciis, lucere coepit.

4.  
Hic cum suis popularibus compluribus sacro  
fonte ablutus est.

5.  
Neque tamen verosimile est (quod Swarczio  
placet) in eius conversione a Graecis operam  
fuisse collocatam; licet

6.  
A Gylae Transylvaniae Principis Baptismo,  
aliquam et hi nacti fuisse videantur gloriam.

7.  
Diuus Stephanus adultior baptizatus est, a quo

8.  
Christianae Hungariae Seculum I. exordium  
sumit — Gentis Apostolo, et Rege.

9.  
His nempe praerogatiuis a Romana sede cumu-  
latus,

10.  
Praelatos Ecclesiarum sua constituit Auctorita-  
te, Priuilegia contulit, et legibus Reipublicae  
sacrae prouidit.

E X

## HISTORIA IMPERATORVM.

I.  
**H**ISTORIA Imp. cum Epochâ Regni Hung. in  
D. Henrico iungitur, cui singularis in Romanam  
Ecclesiam pietas *Defensoris Ecclesiae* nomen dedit.

\*\*

2.

Ab Henrico IV. S. Gregorius III. P. M. iura Ecclesiae inique usurpata, repetebat. — Quae lites etiam

3.

Sub Henrico V. Ecclesiam, ac Imperium vexabant, donec mutuo consensu de Praesulum, et Abbatum electione leges scriberentur. Rursum

4.

Fridericum Aenobarbum inter, et Hadrianum resuscitatae, grauiam Alexandro III. facessiuere negotia, quo crimine, in Saladinum suscepta, expeditione se exsoluit.

5.

Fridericus II. auum in scelere sequutus est, non in poenitentia.

6.

Conradus, et Conradinus Aenobarbi stirpem infausito clausere fato. — Post eos Andegauenses Sicilia potiti sunt.

7.

Rudolphus post interregnum diuturnum sceptrum capessere electorum suffragiis iussus, pietate ac virtute pacem Imperio restituit.

8.

Carolus IV. electoribus iura dictauit. — Bohemiam pluribus ornamentis excoluit.

9.

Sigismundi opera indefessa Schisma diuturnum, quo Ecclesia distrahebatur, compositum est.

10.

Cum Alberto II. Imperii sceptrum ad Habsburgicam rediit stirpem. — Quod

## II.

Caroli V. virtute summum gloriae apicem tenuit, licet ab hoc tempore *Protestantium, Confessionis Augustanae, Foederis smalcaldici, et Transactionis Passaviensis* tristem memoriam, necessitas ad nos deduxerit.

## 12.

Ferdinandus I. gloriam a maioribus Augustis acceptam, felicioribus auspiciis conseruandam, ac augendam posteris (quos hodie etiam veneramur) transmisit.



## I N S T I T U T I O N E S

## A N N I S E C V N D I.

## E X

## P H Y S I C A G E N E R A L I.

**P** R I M A corporum elementa sunt entia simplicia, inextensa, homogenea, ac in omnibus similia:

## 2.

*Vi inertiae* primum;

## 3.

Deinde *viribus attractiuis, ac repulsiuis* praedita: quarum legem ita dilucide exponit *curua virium,*

4.

Vt ex huius *minimis*, et *exiguis distantis*, harumque *limitibus* non tantum proprietates, corporum ideam absoluentes, vt sunt: *extensio*, *impenetrabilitas*, *diuisibilitas*, *mobilitas*;

5.

Sed *porositas* quoque, *densitas*, *cohaerentia*, variaque huius genera sponte profluant:

6.

Immo prout vltro nobis suppeditentur explicatus omnium Chemicarum corporum proprietatum.

7.

A *maioribus* autem *distantis* ipsa grauitas vniuersalis dependet, et *attractionis* nomine venit. Haec, suppositis KEPLERI legibus, nonnullisque theorematibus, in omni Cometarum, Planetarumue regione praeter directam rationem simplicem massae trahentis reciprocam etiam duplicatam distantiarum mutuarum sequitur.

8.

Quam vniuersalis attractionis theoriam ipsa terrestris grauitatis phaenomena egregie confirmant.

9.

Interea maior semper est versus polos; minor ad aequatorem grauitas: cuius diuersitatis causa potissimum a telluris motu vertiginis, maiorem vim centrifugam sub aequatore; quam sub polis efficiente, est repetenda.

10.

Iam vero ab hac vniuersalis grauitatis vi, et altera quadam *vi proiectili* motus periodici Cometarum, Planetarumue in orbitis ellipticis,

11.

Et annua Telluris circa Solem conuersio dependent.



## 12.

Porro Cometae et Planetae sunt corpora mundo coeua, opaca, Solis lumine collustrata. Illorum caudas constituit atmosphaera, e nucleo in auersam a Sole partem affurgens;

## 13.

In istis vero phases, et eclipses, praecipue in Luna, ac Tellure obseruamus. Atque haec postrema irregularis admodum figurae est: compressa ad polos; sub aequatore protuberans: quod aperte etiam ex diurna illius circa suum axem conuersione consequitur.

## 14.

Lunae denique motum non parum actione Solis turbari, certum est. Oriuntur hinc tres illae vires perturbatrices, quarum vna grauitatem Lunae in terram augens est ad imminuentem; vt diameter ad tres sinus versus duplae distantiae Lunae a quadratura.

## 15.

Ex qua virium perturbatricium theoria omnia aestus marini phoenomena pulcerrime deducuntur.

## E X

## PHYSICA PARTICVLARI.

## I.

**L**VMEN, quod a corporibus quibusuis ad nos pertingens successiue propagatur celeritate prorsus ingenti, ac semper aequabili, consistit in vapore tenuissimo e corporis lucentis massa iugiter dimanante, et per lineas proxime rectas ad oculos nostros delato; nisi

## 2.

Aut reflexione, quae hand impactioni luminis

in partes corporum reflectentium solidas; sed horum potius viribus attribuenda est:

3.

Aut refractione, quoties scilicet lucis radius ab vno medio in aliud diuersae densitatis oblique transit, a suo priore tramite detorqueatur. Alioquin radius perpendiculari directione ex vno in aliud medium incidens eadem directione alterum quoque medium peruadit.

4.

Atque ex hac reflexionum, refractionumque theoria diuersa dependent in singulis radiis staminibus, diuerso colore, diuersaque refrangibilitate praedita;

5.

*Vices item facilioris reflexionis et transmissionis.*

6.

Corpora quoque pellucida, et opaca: quorum illa aequabilem particularum corporis aut virium compositionem; haec texturam partium heterogeneam, ac maioribus interuallis interceptam exposcunt:

7.

Natiui praeterea corporum colores e tenuibus, ac pellucentibus lamellis copiosissime reflexi,

8.

Atmosphaerae denique nostrae varietas; *Iris* item, *Halo*, *Parhelius*, et *Paraselene*.

9.

Et quia lucis materia purus, ac proprie sumtus ignis est,

10.

Praecipuus illius effectus erit calor: qui nobis communicatur, quoties ex alio corpore in nostrum  
strum

strum tactus organum secundum leges *saturitatis respectivae* influit: frigus e contra excitatur ratione.

11.

Istud si paullo maius fuerit, facile aquam in glaciem vertit. Omnis igitur glacies a mutuis aquareum particularum viribus absque vlla peregrina materia subingrediente efformatur.

12.

Etiam fluidum electricum in multis cum materia ignis conuenit; sed eius phoenomena ad sequentia reuocantur capita. 1. Fluidum electricum e corporibus aliis effluit, vt in alia influat. 2. Per vitrum non transmittitur. 3. In vna vitri superficie nequit accumulari; nisi aliqua eiusdem pars ex altera expellatur. *Positiua*, et *negatiua electricitatis* in *electrophoro*, machina quadam electrica a D. VOLTA Comensi nuper detecta, per eleganter exhibetur.

13.

Electricum huuc vaporem copiosissime per atmosphaeram diffundi, testantur eius effectus, vt sunt: *fulgura*, *fulmina*, *bolides*, *stellae cadentes*, et *ignes fatui*.

14.

Immo praecipua etiam *Aurorae borealis* phoenomena in hac electrica vaporum e terra in atmosphaeram ascendentium theorta felicissime explicantur.

15.

Ipsum autem aërem statuimus fluidum sui generis, grauitate, cohaesione, elasticitate, compressione, et vi premendi subiecta corpora praedicum: cuius sublato aequilibrio ventus oriatur.

16.

Hic in superiore aëris regione semper e plaga calidiorē in frigidiorē spirat; at in inferiore contrariam accipit directionem. Et quia

17.

Persaepe ventus cum sono quodam est coniunctus: ad sonum, seu *primitiuus* ille sit, seu *deriuatiuus*, motus vibratorius simul ac tremulus cuiusuis corporis elastici perneccessarius est.

18.

Aqua definitur fluidum figurae sphaericae, viribus repulsiuis et attractiuis praeditum, aëreis aliisque heterogeneis particulis permixtum: quod in vapores versum incredibilem expandendi vim nanciscatur. Vnde vero haec euaporatio?

19.

Sane vaporum in auras eleuatio ac sustentatio per modum solutionis tanquam in suo menstruo eueniat oportet:

20.

Qui vbi pluuiae aut niuium instar in terram decidunt, *fontibus temporaneis*; vbi autem ex aquis marinis obtinentur, *perennibus* praebent originem.

---

EX

## ARCHITECTVRA.

**M**ATERIARVM conditionem, rectamque ad aedificia applicationem recensere.

2.

Pro exploranda resistentia materiae, ex qua  
arcus

arcus confieri debeat, condere formulam:

$$x = \frac{nc + (P + s - m)}{na}.$$

3.  
Tecti HERCZBERGIANI, Fornacis FRANKLINIANAE, Granarii FAGGOTHIANI constructionem docere.

4.  
Superficies, et solida methodo BELIDORIANA, ARTILERISTICA, et HORVÁTHIANA ad calculum reuocare.

EX

## HYDROSTATICA.

5.  
ALTI TUDINES fluidorum heterogeneorum in tubis communicantibus aequilibrii tempore sunt in ratione reciproca grauitatum specificarum; fluidorum vero homogeneorum sunt aequales.

6.  
Celebre illud de Corona HIERONIS problema resolvere.

EX

## HYDRAVLICA.

7.  
ELEVARE aquam seu autlia perpendiculari, seu Cochlea ARCHIMEDIS.

8.  
Machinas hydraulicas restringendis incendiis idoneas, vti: Syringam, tubos CTESIBIANOS, atque hydraconfiterium construere, debiteque conferuare.

E X  
H Y D R O T E C H N I A.

9.  
FLUIDA oblique incidentia agunt vi duntaxat comparatiua, quae est ad absolutam, vt sinus anguli inclinationis ad sinum totum.

10.  
Augere, vel minuere fluuii celeritatem.

E  
C A T O P T R I C A.

11.  
FORMVLAS speculorum, concaui, plani, et con-  
nexi condere,  $x = \frac{dr}{2b-r}$ , item  $x = -d$ ; item  
 $x = \frac{dr}{2d+r}$ ; atque ex iis elegantiora phoenomena explicare.

---

E X  
O N T O L O G I A.

I.  
HVMANAM cognitionem indubitatis principiis niti oportet, eorum primum, et summum est Aristotelicum illd: *Idem non potest simul esse, et non esse.*

2.  
Atque istud ad regendas veritates necessarias extenditur, nam in contingentibus vim habet illud: *Nihil est sine ratione sufficiente.*

3.  
Qua posita etsi id quoque poni necesse sit, cuius est ratio sufficiens;

4.

4.  
Nequit tamen dici, Deum in condendis rebus  
externa quadam ratione sufficiente constringi o-  
portere.

5.  
Si quid pertentare licet de adaequata rerum  
possibilitate, eam non in sola Dei omnipotentia,  
sed in notarum quoque intrinsecarum concordia  
reponimus.

6.  
Concordia haec notarum omnium, quae primae  
in ente occurrunt, ceterarumque fontes sunt, in-  
telligibilem cuiuslibet entis essentiam constituit.

7.  
Quae alioquin necessaria, immutabilis, aeter-  
naque est,

8.  
Constituitque sufficientem rationem, cur mo-  
di aliqui inesse enti possint, tametsi, cur certus  
quispiam modus insit, ratio sufficiens ex illa non  
intelligatur.

9.  
Sed neque ex attributis eadem intelligitur.

10.  
Compositi entis essentia in partibus certi gene-  
ris, certaue illarum coniugatione inuenitur.

11.  
Ita nihilominus, vt in quolibet ente compo-  
sito inesse debeant entia quaedam simplicia.

12.  
Quae vti oriri non possunt, nisi per creatio-  
nem, ita nec interire, nisi per adnihilationem.

13.  
Quodsi ratio sufficiens entis in essentia sua compre-  
hen-

hendatur, illud absoluta necessitate existet; sin, contingenter solum.

14.

Illud aeternum est, et immutabile, perfectio-  
nesque possibiles omnes complectitur,

15.

Istud ita comparatum est, vt nullum possit al-  
terius rationem sufficientem in se continere.

16.

Immo ratio haec ne in infinita quidem entium  
contingentium, sibi succedentium serie potest in-  
ueniri.

17.

Quapropter existente ente contingente existere  
debet ens quoque necessarium.

18.

In quo mundus hic existentiae suae initium ha-  
bere omnino debuit, frustra connitentibus iis,  
qui illius aeternitatem tuentur.

19.

Hic etsi perfectus omnino sit;

20.

Nihilominus possibilium omnium perfectissimus  
dici non potest.

E.

## PSYCHOLOGIA,

I.

**Q**UICUNQUE de suamet existentia certus est, ne  
de eo quidem dubitare potest, num anima in-  
structus sit

2.

Peragit haec sensationes suas ope neruulorum  
subtilissimorum, per totam corporis machinam  
miro artificio dispositorum,



3.  
Ita tamen, ut quidquid molestiae membro cui-  
dam accidit, dolor re ipsa non in membro illo,  
sed in cerebro sentiatur.

4.  
Anima in adpetendo bono, et auersando malo  
ita quidem se habet semper, ut nihil adpetat,  
nisi sub ratione boni, nihil auersetur, nisi sub  
ratione mali.

5.  
Gaudet nihilominus libertate tam a *coactione*,  
quam a *necessitate*

6.  
Satagunt hanc eludere Libertini tali oratione:  
*Liber sum, quia id ago, quod volo, et quia istud  
non agerem si non vellem*

7.  
Voltaireus rursus hac: *Qui percipit, vult, agit,  
liber est*; ast et hic, et illi indecora fraude ten-  
tant corrumpere mentes incautas.

8.  
Immo ne Leibnitiis quidem satis securam dat  
ideam libertatis, docens, causam intellectu prae-  
ditam e pluribus possibilibus id eligere, quod o-  
ptimum esse iudicat.

9.  
Non minus agitur simplicitas, et immortalitas  
humanae animae: Thomas Hobbesius docet,  
hominem esse compositum materiale, in quo co-  
gitationum, et volitionum iustar merae motiones  
locales peragantur.

10.  
Quam opinionem conceptis adeo verbis deprom-  
tam non possum non laudi illi dare, propterea,  
quod

quod ingenue testatus fuerit id, quod tacito sinu premendum potius erat; se nempe ligneum esse compositum, atque ideo ab hominibus, qui se corpore, et animo constare gratulantur, penitus distingui.

11.

Ingeniosius ludunt Materialistae, quamquam sicut Hobbesii, ita et horum doctrina plena paradoxorum est.

12.

Quos ego vehementer demiror, vili adeo esse existimatione de summo, et vnico illo thesauro, quo hominem a bestiis, et inerte corpore omnium tantum distare voluit Author naturae.

13.

Sed agant, quod illis collubet, nobis mentes humanae simplices, et immortales omnino sunt.

14.

Earum cum corpore commercium verosimiliter explicatur per *Influxum Physicum*.

15.

Non tamen arcte adeo adligantur corpori, vt pure intellectuales ideas nullas habeant.

16.

Innatis, nisi sano quodam sensu accipiantur, carent.

17.

Etiam beluarum animae dignae sunt examine Philosophorum, vtpote in quibus cognitio, cogitatio, sensatio, imaginatio, et memoria deprehensa iam sunt.

18.

Num amplius quidpiam periclitari possimus, nescio; intellectus sane, et ratio desiderantur in illis.

19.

Interim sunt substantiae incorporeae, corruptionisque natura sua incapaces.

20.

Spiritus tamen et immortales neutiquam.

E

## THEOLOGIA NATVRALI.

**V**ETVS est Metaphysicorum mos solemni propositione statuta delitigare de existentia Dei; nobis placet tandem ab hoc vsu discedere.

2.

Quemadmodum et a consuetudine pro Concur-  
su diuino ad actiones humanas, tamquam pro a-  
ris, focusque decertandi.

3.

Subinde grauissimam momentorum seriem, qui-  
bus nota Dei existentia stabilitur, iussi nouimus  
percernere.

4.

Ne de prouidentia quidem diuina, veluti de  
re certissima, vllum mouemus dubium, in qua  
nimirum sufficientem videmus rationem, cur

5.

Homo aliqua in Deum esse debeat religione, na-  
turalis proinde dubiae quaestioni subiici nequeat.

6.

Immo ne Reuelata quidem,

7.

Quam et certitudo Historiae rerum, ac vitae  
Christi demonstrat.

8.

Et indubitata Eiusdem Deitas.

9.

9.

Duplici hoc acinace muniti tuemur aduersus omnes, quicumque ipsi religionem sibi fingunt, illam, quam Christus docuit, adeo esse veram.

10.

Vt nulla alia possit cum hac de veritate contendere.

E

## PHILOSOPHIA MORALI.

1.

**Q**VI genuinam habet Philosophiae Moralis notionem, eam ceteris Philosophiae partibus et dignitate, et utilitate, et necessitate antestare, facile iudicauerit.

2.

Actionum humanarum nulla esse potest libera, nisi quae et voluntate decernente, et intellectu praelucente suscipitur.

3.

Cur aliae bonae sint, aliae malae, ratio sufficiens in intrinseca earundem natura, et consequentiis est requirenda.

4.

Obligatio seu ponendi bonas actiones, seu omitterendi malas, non nisi enti facultatibus intelligendi, et volendi praedito conuenit.

5.

Ad ea vero, quae in nostra potestate non sunt, nunquam extenditur.

6.

Virtus, humanae felicitatis praesidium singulare, ipso suo merito locum sibi vendicat in disciplina actionum humanarum.

7.

7.

Eius sectatores ita semper comparati sunt, vt in omnibus actionibus statum suum perficere contendant.

8.

Quare de graui errore admonendi mihi videntur illi, qui externam duntaxat honestatem, et corporis ornatum meditati, connata virtuti praemia sibi iam deberi credunt.

E

## I V R E N A T V R A E.

I.

**I**NTELLIGIMVS per *Ius Naturae* scientiam legum naturalium, quibus homo obligatur ad bonum faciendum, et ad malum euitandum.

2.

Illius principum est: *Fac ea, quae te, statumque tuum reddunt perfectiorem, omitte ea, quae te, statumque tuum reddunt imperfectiorem.*

3.

Complectitur haec Philosophiae Moralis pars hominis in Deum, se ipsum, et alios officia, quorum summa paucis his absoluitur:

4.

Obligamur lege naturae ad manifestandas Dei perfectiones, illustrandam gloriam, et cultum Ei reddendum.

5.

Officia erga se ipsum exposcunt, vt et se perficiat homo, et separare nolit ea officia, quae mutuis sunt deuincta rationibus; nempe ne animo neglecto corpus, vel hoc inculto animum colat, vel sine vilo honoris studio cumulandis duntaxat vacet opibus.

\*\*\*

6.

6.

Item necesse est, et vitam, membrorumque integritatem conseruare, et temeraria vitae pericula diligentissime declinare.

7.

Quoniam honoris cura duci, sit: nos, statumque nostrum perficere, hac nos cura lex naturae obstringit,

8.

Ast, vt honorem nobis tribuat aliquis, perfectiones nostras cognoscat oportet; possumus igitur illas oculis aliorum subiicere, quin ostentatores iudicemur.

9.

Vero honore eae solum perfectiones nos adficiunt, quas virtute, ac meritis peperimus.

10.

Id quod iis praesertim perspectum esse debet, qui claro fati genere, ceteros superbo despiciunt supercilio;

11.

Patet hinc, certo quodam modo quaesitam laudem vitio nobis dari non posse.

12.

Ex officiis erga alios praecipua sunt: alios amore complectendos, et vera boni, maliue cognitione imbuendos esse.

13.

Cauendum praeterea, ne aut vis corpori eorum inferatur, aut fama, opesue minuantur; quodsi forte accidit, damnum illatum resarciendum est.

14.

Nam nemo laedendus est.

EX

RE R V S T I C A.

1.

**I**N vegetatione plantarum promouenda primas partes tribuere debemus *aquae purae, fluido electrico, aëri putrido, et phlogisto*: quae alimenta non radiculæ solum; sed folia quoque, vasis sugentibus instructa, hauriunt.

2.

Ita planta semel vegetata fructum facile generabit, si eius flores *pisillis* simul, et *flaminibus* instructi sint.

3.

Ex quo consequitur, nunquam posse vnâ plantæ speciem in aliam transmutari.

4.

Interea terra, quae plantis educandis praeparatur, assidue mutua oppositæ terræ permixtione, et stercoreatione emendabitur, et solum quoduis vtcunque sterile, cultura accedente, vni aut alteri vsui aptari poterit.

5.

Neque proinde agro cessatione vnquam opus est: neque amplius *veruactis* apud nos locus dabitur.

6.

Porro quemadmodum antiquissima cura esse debet feminis rare spargendi: ita pecudibus extritum vtilissime in scrobibus, quos *Siros* vocant, aut in arcis ligneis DVHAMELII cum ventilatore HALESII intractis conseruabitur: minus recte in horreis aut granariis condetur.

7.

7.

Prata eodem coluntur modo ut agri. Graminibus postea conferenda: foenum vero secandum prius; quam semen maturum sit.

8.

Hortus in tot areas diremtus, quot diuersa terreni genera educandis feminibus requiruntur, stercore ingesto mense Maio, aut Nouembri pastinabitur, et diuersae terrae iis seminum generibus, quae tali solo delectantur, quaeque e ramis potius; quam e caulibus colliguntur, obserentur. In semine vetus nouo semper praestat.

9.

Non inutile quoque erit, olerum aut fructuum praecoquium gratia pulvinos stercorearios, et specularium munimenta erigere,

10.

Arbores fructiferae laetius propagantur furculis et gemmis; quam semine.

11.

Illud vero fit: 1) furculum e ramo peculiariter lectum in feram arbusculam, aut etiam e semine domi educatam *librum* inter et materiam demittendo; 2) *ablaclatione*; 3) *emplastratione*, aut *inoculatione*; 4) per *mergos*, aut per furculos ex arbore recisos, et in terram demissos.

12.

Semper tamen hic habenda erit ratio foli, furculi, et trunci. *Non enim prum recipit quercus*, dicit VARRO.

